UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

nes ſunt, impijſsimum tamen errorem omnium per id quod ſola eſt atque vna confutet. Hæretici igitur omnes, contra eccleſiam veniunt, ſed dum hæretici omnes ſeinuicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum, eccleſiæ triumphus ex omnibus eſt, dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi altera eccleſiæ fides dãnat. Nihil enim eſt, quod hæreticis cõmune eſt. Et inter hæc fidem noſtram, dum ſibi aduerſantur, affirmant. Hæc ille.

CAPVT V.

Tyranni aduerſus eccleſiam nunquam præualuerunt.

SEd neque tyranni atque crudeliſsimi Chriſtianorum perſecutores (q quidem Eccleſiæ nauiculã impetu ſuo ſubmergere conati ſunt) præualuerũt aut præualebunt vnquam aduerſus eã. Vnde Chryſoſtomus de verbis Eſaiæ, homil. 4. Iactatur quidẽ nauis (inquit) ſed non mergitur. Poterat quidem in tranquillo nauigare, verùm non paſſus eſt gubernator, quo ſimul & nauigantium perſpicias tolerantiam, & gubernatoris prudentiam plenius cognoſcas. Audiant gentes, audiant Iudæi benefacta

Vidi domi num. Eſaiæ 6

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

facta noſtra , audiant inſtans ac feruens eccleſiæ ſtudium . A quàm mutis oppugnata eſt Eccleſia, nec vnquã tamen victa. Quot tyranni, quot duces, quot imperatores? Auguſtus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, homines literis ornati, potẽtes, tot modis oppugnarunt recentẽ ac teneram, at non deiecerunt. Quin potius ij q̃ oppugnarunt, ſilenter obliuiõi traditi, illa verò oppugnata cœlum tranſcendit. Neq; enim illud mihi ſpectato, quòd in terris ſita eſt eccleſia, ſed quòd in cælo verſatur. Vnde hoc dilucidum eſt? Nimirum ipſæ res demõſtrãt. Oppugnati ſunt vndecim diſcipuli, totus orbis oppugnabat, verũ q̃ oppugnabant̃, vicerũt, qui oppugnabãt ſublati ſunt. Oues deuicere lupos. Vidiſti paſtorẽ oues in mediũ luporũ emittentem, vt ne fuga quidem ſalutem conſequerentur. Quis paſtor hoc fecit? Chriſtꝰ hoc fecit, quò tibi demonſtraret quæ rectè geruntur non accidere, iuxta noſtrarum actionum tenorem, ſed præter naturam, præterq́; rerũ tenorem. Nam Eccleſia radices in cœ-

Eccleſia in cælo verſatur, & potius radices in cælo fixas habet, quã in terra.

lo fi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lo fixas habet potius quàm in terra. Verùm fortaſsis ethnicus, meam deſpicit arrogantiam,ſed maneat hic donec harum rerum probationem attulero,diſcatque vim veritatis, quomodo facilius eſt,ſolem extingui,quàm eccleſiam obſcurari. Quis, inquis, iſta prædicat? Is qui eam fundauit.Cælum & terra tranſibunt, ſed verba mea non tranſibunt. Hæc nõ modò dixit, ſed & compleuit. Siquidem latius illam fundauit, quàm cœlum.Eſt enim cęlo honoratior eccleſia.Quare conditum eſt cęlum?propter eccleſiam.Eccleſia non eſt condita propter cælum,cælum conditum eſt propter hominem,non homo propter cælũ. Id perſpicnum eſt ex his quæ fecit Chriſtus.Non enim cœli corpus aſſumpſit, ſed hominis.

Eccleſia cælo honoratior.

CAPVT VI.

Et in ſermone quodam de pentecoſte:Multum,inquit,Deo Eccleſia chara eſt,non muris circundata,ſed fide circunſepta.Propter eccleſiam namque extenſum eſt cælum,diffuſum eſt mare, extenſus eſt aër,terra fundata eſt,para-

diſus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN